



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 29. Bozzuti Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

non nisi expleto quadragesimo secundo Sæcul XVI.  
 ætatis suæ anno. A.C. 1565.

§. XXIX.

*Bozzuti Cardinalis fata.*

Ineunte Mense Octobri pariter Annibal Ciacon.  
 Bozzutus hoc anno Cardinalis crea- pag. 945.  
 tus eodem decessit, qui ex nobili Nea- A. t. Sum-  
 politano genere natus jurisprudentiæ mont hist.  
 studio insignis evasit, ac brevi etiam Neapol.  
 tantam nominis famam sibi conciliavit, Aubeuy l. c.  
 ut unacum nonnullis aliis feligeretur,  
 qui Petro Toletio Pro-Regi sacrum In-  
 quisitionis Tribunal Neapoli invehere  
 molienti resisteret; unde hunc Prore-  
 gem gravissimis verbis dehortatus po-  
 pulum etiam ad ponenda arma indu-  
 xit, aliisque, qui majori seditionis fu-  
 rore excandescabant, exilio multatis  
 urbem ad pristinam tranquillitatem re-  
 vocavit, atque ad Cæsarem eadem de  
 caussa a Neapolitanis missus fuerat  
 orator, ut exulum numerus ad viginti  
 tantum reduceretur, quod & obtinuit,  
 ac licet cum iis paulopost ipsemet esset  
 patriæ restitutus, voluntarium tamen  
 exilium sibi conscivit: recuperata au-  
 tem libertate postea Romam secessit, ubi  
 perbenigne a Paulo III. acceptus, Pro-  
 tonotarius Apostolicus, & Bononiæ  
 Pro-legatus renuntiatus est: Paulo vero  
 vita functo, cum Cardinalis Montius  
 Roma-

Sæcul. XVI. Romanus Pontifex sub Julii III. nomine electus esset, Annibalem Avenionensi Ecclesiæ præfecit, quam cum regere ipse non possiet, annuente Pio IV. Pontifice per alium administrabat. Postmodum Julio III., ac Marcello II. vita functis, cum comitia pro futuro Pontifice haberentur, binis vicibus Burgi gubernatione, & Conclavis præfectura a Sacro Cardinalium Collegio cohonestatus est. Tandem a Pio IV. ex cameræ Apostolicæ Præsidente, Referendarioque Apostolico inter Presbyteros Cardinales titulo S. Sylvestri cooptatus eodem anno, quo Purpuram induit, Mense Martio naturæ debitum solvit.

§. XXX.

*Alexandri Alesii Protestantis interitus.*

*Thuan. l. 38. num. 5.* Eodem Mense Augustanæ Confessionis Sectatores amiserant Alexandrum Ales, seu Alesium, qui anno ætatis suæ sexagesimo quinto Lipsiæ obiit. Natus is erat Edimburgi in Scotia Anno millesimo quingentesimo die vigesima tertia Aprilis: primo equidem Catholicam fidem professus, eandem contra Patritium Hamiltonum novis Lutheri erroribus seductum strenue propugnabat, cum autem hunc ad veram fidem revocare adlaboraret, ipsemet hære-

*Tessier elog. des hommes illust.*